Boży „per *diversitatem* linguarum cunctarum gentes in unitatem fidei“ zgromadza. Daleki od zaprzeczania lub odmawiania pojedyńczym narodom ich praw, na soborze powszechnym w Konstancyi uznał osobny rozwój i zadanie narodów, każe w tym samym duchu narodowe synody odbywać i poleca mianowicie także wiernym naszéj prowincyi kościelnéj, oddawać się pod opiekę Świętych polskiego pochodzenia a chrześcijańską ich cnotę i świętość szczególnie brać sobie za przykład. Takie znaczenie mają święta kościelne i Officia świętych Patronów Polski. Wreszcie musiałem także na stanowisku mojém względem kościoła baczną na to zwrócić uwagę, że w tym niespokojnym czasie i w téj delikatnéj, wszystkie uczucia poruszającéj sprawie najmniejszy pozór przekroczenia, niesprawiedliwéj opieki albo też surowości wszystkie umysły od kościoła odstręczyć, a tém samém zbawienny wpływ władzy kościelnéj na cięższy może czas w najwyższym stopniu osłabićby zdołał. Przez łagodne, oględne postępowanie zaś udało mi się do tego czasu, całkowitą powagę naczelnéj władzy duchownéj zachować i ruch w granicach pobożności kościelnéj utrzymać.

Sumiennie rozważywszy me stanowisko i poruszone okoliczności i stósunki mych diecezan, musiałem przeto, chcąc należycie i wszechstronnie dopełnić méj powinności, wystósować do duchowieństwa mojego okólnik téj *treści*, aby katolickim mieszkańcom przedewszystkiém obowiązki względem monarchy i społeczności cywilnéj wedle boskich i kościelnych przepisów przypominano, przytém atoli także narodową pobożność, jak takowa z góry chlubnie uznaną i dozwoloną została, jak przedtém tak też i nadal zachowywano i popierano, ale zarazem wszystkiego, co się rzeczonym obowiązkom względem państwa sprzeciwia, także ze względu na kościół i na sumienie surowo zakazywano.

Zarazem zobowiązałem duchownych, aby wszystkiego, coby do nieposłuszeństwa względem praw istniejących pobudzić mogło, mianowicie wszelkich podburzających pieśni w ogóle wzbronili, w kościołach zaś z szczególnych powodów tylko kościelnie aprobowane pieśni śpiewać pozwalali, a żadnych nowości i zmian dowolnych nie dopuszczali. Pieśń „Z dymem pożarów“ z wzmiankowanego powodu wyraźnie zakazać byłem zmuszony. Także z téj saméj przyczyny pieśni „Boże, coś Polskę“, która pierwiastkowo z aprobacyą kościelną, jako też z przyzwoleniem władzy świeckiéj się pojawiła, już dawniéj kościelnie godziwą formę przywróciłem. Dowolne odmiany wyraźnie są zakazane.

Kończąc uwagi o wydanym okólniku, dodaję jeszcze najuniżeniéj, że wyraźniejsze wzbranianie objawów narodowych ani przez istniejące prawa krajowe, ani też w interesie państwa, jak dalece takowe znam, nie jest nakazaném, jako też, że ze stanowiska kościelnego do tego prawa sobie przyznawać nie mogę.

Ponieważ kierowanie nabożeństwem w moich Archidiecezyach, mianowicie zaś w mieście Poznaniu, zawsze tylko duchownym jest powierzone, przeto w tym względzie téż nic rozporządzić nie było potrzeba. Przystępuję teraz jeszcze do rozbioru innych poruszonych i pokrewnych stósunków.

Z uwagi na projekt do nowego bractwa, który jako niestósowny ad acta poszedł, chętnie spełniam życzenie Waszéj Ekscelencyi, by wnioskodawcy z podaniem przyczyn dać wyraźną odprawę i jego pouczyć. Co się dotyczy wykroczenia przeciw istniejącym przepisom, jakie Wasza Ekscelencya przytaczasz, mogę je tylko wtedy sprawiedliwie skarcić, jeśli dowiedzione zostaną, i od duchownych wychodzić będą; tém bardziéj zaś je za karygodne uważać będę, że oni nietylko słowem, lecz i przykładem swym uczyć i budować powinni, dla czego też na każdy pojedyńczy przypadek kościelne kary sobie zastrzegam.

Natomiast sądzę, iż nic niesłusznego nie pragnę, gdy z pełną ufnością wynurzę nadzieję, iż wysokie władze nie każdy narodowy objaw za niesłuszny lub karygodny poczytywają, ale raczéj szlachetne i czyste narodowe dążności, jak z niemieckiéj, tak z polskiéj strony pochwalą, i możebnym, za sprawiedliwe uznanym życzeniom dla dobra ogółu, o ile możności, zadość uczynią.

Gdyby mi się udało, jak się spodziewać mogę, Waszéj Ekscelencyi uznanie dla moich zasad i mego oględnego i szczerego postępowania pozyskać, bardzoby mnie to wprawdzie zadowolniło; w każdym razie przecież Wasza Ekscelencya przyznasz, że było mym zamiarem, na wsze strony pojednawczo i po chrześcijańsku pośredniczyć, na istniejące obecnie w kraju stronnictwa zbawiennie wpływać, a przez to lepszą przyszłość zgotować i zabezpieczyć, jakem z urzędu mego powinien.

Poznań, dnia 5. Grudnia 1861.

Arcybiskup Gnieźnieński i Poznański.

(podp.) *X. Przyłuski.*

LEO PRZYŁUSKI

Dei Miseratione et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia

Archiepiscopus Gnesnensis et Posnaniensis,

Legatus Natus Praelatus Domesticus, Solio Pontificio Assistens etc.

—

Venerabili Clero utriusque Archidioecesis Salutem in Domino sempiternam!

Quanquam vos, cooperatores in vineae Dominicae parte, Nobis concredita, immutabili veritati catholicae firmissime adhaerere confidimus atque Nobis omnino est persuasissimum: tamen pro sollicitudine Nostra pastorali aeque ac vestro voto res fidei et morum quasdam graviores, quatenus aut iniuria temporum turbulentorum obscuratae aut pro aetatis et terrae nostrae ratione nondum satis a theologis dilucidatae sunt, hisce literis illustrabimus planissimeque explicatas proponemus. Accesserunt enim ad ea, quae literis Nostris encyclicis, die 2. Januarii a. 1852. datis, praecipue exponenda commendavimus, novae utique de officiis Christianorum Catholicorum quaestiones, pastoribus animarum fidelium sine mora dissolvendae. Quo in genere, ut, beato Paulo Apostolo monente, „id ipsum dicatis omnes et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia“ (I. Cor. 1, 10.) neve adversarii, Catholicos hisce in regionibus ab antiqua fidei veritate descivisse aut minus bonos esse cives, quam quos in eadem causa defenderunt SS. Patres inde a Justino Martyre usque ad Augustinum, ulla veri specie calumniari possint, hanue, quam expositur sumus, catholicam doctrinam cum fidelibus Nostris Dioecesanis communicari iubemus.

Ante omnia vero vos exposcimus atque obligamus, ut quae de praeambulis et fundamento fidei aeque ac de praeceptis morum, nostris potissimum temporibus, exponendis disseruimus, in literis Nostris encyclicis die 2. Januarii a. 1852. editis, iterum iterumque perpendatis. Epistolam quoque encyclicam SS. Domini Nostri Pii PP. IX. die 9. Novembris a. 1846. ad omnes Episcopos Catholicos in eandem sententiam opportunissime datam, diligenter conferatis et religiose observetis.

Posito fidei fundamento, facile paratur ad doctrinam de officiis civium Christianorum Catholicorum transitus. Officiorum principia vero, de quibus potissimum hac nostra aetate agitur atque quaeritur, accurate indicanda sunt. Docebitis primum, fidem Catholicam pro re nata esse vivam sive charitate et bonis operibus formatam, eamque demum et non aliam ex doctrina Apostoli (I. Tim. 4, 8.) fore „ad omnia utilem, promissionem quippe habentem vitae, quae nunc est et futurae;“ deinde homines, ut finem suum terrestrem assequi possint, societate etiam civili coniungi debere, quam societatem una cum regimine, quo continetur et servatur, a Deo institutam atque ordinatam esse: itaque subiectos cives cum regimine simul necessaria esse civitatis elementa; tandem officiis civium propter conscientiam satisfaciendum.

Hinc derivantur ea omnia, quae Principi et civitati debentur. Quae officia, a Christo Domino et ab Apostolis proposita, a SS. Patribus tradita et illustrata, a S. Sede Apostolica usque ad hunc diem constanter promulgata, omnibus vobis notissima esse debent. Tantum praecipiendum duximus, tum ut eadem officia ad mandata Gregorii XVI. et Pii IX. Summorum Pontificum saepissime fidelium animis inculcetis, tum ut profanas atque impias nostrae aetatis novitates et oppositiones falsi nominis scientiae devitantes, praecepta vestra ipsi ex solis purissimis hauriatis fontibus, quos hic indicamus: Matth. 22, 21. Rom. 13, 5. I. Petr. 2, 17—25. II. Tim. 2, 1 sq. Col. 2, 8. Ep. Jud. 8. — S. Justin. M. I. Apol. c. 17. Tertull. Apol. c. 37. Ad Scap. c. 2. Theoph. ad Autol. I. 16 et III. 14. — Gregor. XVI. Epist. Encycl. d. 15. Augusti 1832. — Pii IX. Epist. Encycl. d. 9. Novembris 1846.

Accedimus iam ad ea, quae hisce nostris temporibus in controversiam vocata sunt, accuratissime proponenda atque explicanda. Nam in Nostris potissimum Archidioecesibus agitantur illae quaestiones, quae, nisi recte solutae fuerint, conscientiam fidelium facile perturbare possint, ita ut vel per excessum vel per defectum ab officio aberretur.

Theologi Ethici Catholici, ubi de officiis erga principem et patriam agunt, unicam cujus vis civitatis esse nationem, fere supponunt. Quod falsum est; constat enim civitas aut ex una tantum natione aut ex pluribus, pluriumve partibus vel fragmentis. Neque vero, ubi primum plures sive nationes, sive nationum partes in unam coaluerunt civitatem sive populum unum, naturalis et historica peculiaritas singularum deteri potest aut debet. Rem attigit in „Systemate Theologiae Moralis Catholicae“ ab Ordinario Loci approbato, Scaphusiae a. 1860. edito, pag. 494. Rev. Frickerus his verbis: „A paganis tantum nationes, quas subjectas habeant, omni jure, patria, religione, moribus, opibus acquisitis privaban-

tur, ita ut Helotarum loco haberentur; a Christianis talia nunquam committi debent!“

Atque certe, quum sua cujus vis nationis sit indoles et historia, peculiaris quoque proinde animorum cultus, aeque ac proprii patrii mores, propria chara patria lingua, nec non arctior consanguinitatis — sensu Romano acceptae — necessitudo, ea omnia respiciantur oportet in civitate bene constituta.

Hinc etiam Serenissimi Borussiae Reges ea sese praestiterunt justitia ac sapientia, ut civibus polonicae originis debita jura semper salva, sarta et tecta servanda solennissime sanxerint. Qua de re ne ullum remaneret dubium, in Ecclesiis omnibus Ducatus Magni Posnaniensis literae Majestatis Regiae patentes, quae datae fuerant die 15. Maii a. 1815. et quibus eadem jura civium polonicorum, tractatu Vindobonensi firmata, disertis verbis describuntur, jussu Regio coram populo ad sacra congregato promulgatae sunt. Asseverat ibidem Rex justissimus, datam esse denuo civibus polonicae originis patriam, cui fideliter adhaesisse laudi ipsis tribuit, simulque Regiam addit fidem, augeri quidem nationis parte polonicae monarchiam Borussicam, sed sine ulla nationalitatis, quam vocat, polonicae injuria. Quum igitur suum cuique dare Catholici Christiani jubeantur, nationi quoque danda, quae nationis sunt.

Ante omnia vero sequantur Catholici exemplum Christi Domini, qui vel ingratissimam gentem, a qua secundum carnem et sanguinem duxit originem, singulari prosequebatur benevolentia, caritate, pietate. Hinc etiam tristissimam, quanquam meritissimam suae gentis sortem lacrimis profusis honestavit. Matth. 15, 24. Luc. 19, 41 sq. cfr. insignis locus 7, 5—6.

Studio deinde et labore serventur, promoveantur atque augeantur ea omnia, quae nationis, divina favente et gubernante gratia, sunt propria.

Instituta imprimis majorum ad sustentandam et educandam bonae spei juventutem, ad sublevandos pauperes, aliaque ad pios usus a majoribus accepta et huc usque tradita pro suis quisque viribus tueatur, promoveat, augeat. Mores quoque patrios et virtutes, quibus praestiterunt majores, posteri pie sequantur. Linguam patriam servari, literis eam et artibus magis magisque excoli, quantum ejus fieri potest, curae et cordi sit. Vitentur contra, quaecunque vel peculiarem indolem vel honorem nationis laedere possint. Imprimis admonendi sunt, qui opibus majoribus gaudent, ut in solo patrio vere habitent, liberalitatis erga pauperes domesticos et provinciales virtutem colant, memores, quantum labori et sudori subditorum et civium proximorum debeant. Nimiam in victu cultuque magnificentiam, a moribus patriis omnino alienam fugiant, quum praesertim tanta sit civium proximorum miseria, ut vel ea desint, quibus dolet natura negatis. Vere laboret omnium virium contentione in suo quisque statu ad gloriam Dei et salutem proximorum promovendam; alioquin enim gratia divina, tam diu amissa, non conciliabitur. Studii et laboris, de quibus diximus, exemplum imitandum praebet S. Paulus Apostolus Rom. 9, 3. multisque aliis locis, ubi scribit, de cura, quam pauperum gentis suae gerere consuevit.

Viri praeterea, qui de natione bene meriti sunt, ab omnibus debito honore afficiantur, etiam post mortem, ita ut grata, viva, efficax maneat recordatio, et memoria „in benedictione sit“, Deus vero in ipsis laudetur. Eccl. c. XLIV.: „Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a saeculo. Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt. Sapientiam ipsorum narrent populi et laudem eorum nuntiet Ecclesia.“ Consentit Ecclesia Catholica, quippe quae locum sacrae scripturae laudatum in officio sanctorum Patronorum nostrorum recitet atque justissime moneat, fidelibus esse colendam atque imitandam inprimis Patronorum ejusdem originis et nationis Beatorum sanctitatem invocandamque intercessionem.

Jam vero, quum quid ex pietate in nationem agendum sit, satis pro consilio Nostro exposuerimus, non praetermittemus, quid propter conscientiam fugere debeamus.

Primum ea omnia illicita sunt, quae auctoritati Regiae aut juribus civitatis obesse dignoscuntur. Deinde patet reiicienda esse, quae contra fidem et pietatem de abroganda Ecclesia Catholica atque exspectanda nova incarnatione aut de divinitate quadam nationum a poeticis magis quam philosophicis nostri temporis scriptoribus prolata sunt e. c. in libro, qui inscribitur: „L' Église et le Messie“ aliisque scriptis, ab eodem poeta editis. Discant isti tandem, miseria diuturna moniti, non esse in ullo alio salutem nisi in Christo! Act. 4, 12.

Tum non minus facile intelligitur quemadmodum familiae ita etiam nationis dilectionem christianam esse alienissimam ab odio alienigenarum, nedum civium ejusdem regni. Christiana enim charitas manet in summis omnium mandatis, civium vero tum singulorum tum universorum bonum ut promoveatur, omni spe annitendum est.

Sequitur iam ex iis, quae diximus, vitandum esse, quidquid ad violanda jura principis aut civitatis excitat. Hinc Revdi. Parochi omnia ea prohibebunt cantica, quae quacunque ex parte seditioni et turbis favent. Huc referendum est carmen, quod incipit a verbis: „Z dymem pożarów“; neque toleranda, quae in hymno: „Boże, coś Polskę“ pro arbitrio alia ab aliis mutata aut textui addita sunt. In ecclesiis omnino ea tantum, quae ab ecclesiastica potestate approbata sunt, cantica admittantur. Abstinendum quoque ab omnibus approbatorum canticorum sacrorum immutationibus.

Quod si ea omnia, quae diximus, fideliter domeritis, ecclesiae et regno, pro munere vestro, in hoc negotio satisfeceritis.

Datum Posnaniae die 1. Decembris a. 1861.

† **Leo,** Archiepiscopus.

Do

JX. Rządzcy kościoła.

2541. D. P.

ARCHIDIECEZYA LWOWSKA.

CURRENDÆ

Consistorii Metropolitani Leopoliensis rit. lat.

In Ecclesiasticis

Annus 1861.

Nr. 2489.

33. Testimonia parochialia, a parochis ipsis subscribenda.

Haud raro perferuntur ad Nos testimonia baptismi, sepulturae, aliaque similia, non Parochi sed Cooperatoris subscriptione munita. Quum vero soli Parochi ad edenda talia documenta, quae vim instrumentorum publicorum habent, authorisati sint, hinc subscriptio Parochi in ejusmodi testimoniis omnino est necessaria, licet tenor ipsius documenti Cooperatoris manu sit exaratus, quod utique licite fit. Tantum in casu, quo ob absentiam vel infirmitatem Parochi, aliudve impedimentum subscriptio ejus apponi non posset, Cooperator ipse ejusmodi documentum subscribere valet, praemissa tamen adnotatione: „Absente Parocho“ vel „Infirmante Parocho“ aut „Impedito Parocho.“

Leopoli die 10. Octobris 1861.

Nr. 65 ord.

34. Omnes editiones canticorum „Boże coś Polskę“ et „Z dymem pożarów“ a C. R. Regimine prohibitae.

C. R. Praesidium Regiminis locumtenentialis rescripto suo dto. 10. m. c. Nr. 978. notificavit Nobis, se omnes sive in sive extra regna evulgatas vel postmodum nefors evulgandas editiones canticorum: „Boże coś Polskę“ et „Z dymem pożarów“ pro toto ambitu Regiminis locumtenentialis Leopoliensis prohibuisse, et C. R. Instantiis securitatis publicae confiscationem praeventorum exemplarium, et introductionem procedurae poenalis contra eorundem propagatores demandasse.

De his Venerabilem Clerum informamus.

Leopoli die 12. Octobris 1861.

Nr. 71 ord.

35. Tonsura patens semper deferatur.

Decursu istius anni, quo Archidioecesi huic praesumus, haud raro observavimus, Clerum praesertim juniorum negligere tonsuram sive coronam in capite — imo nonnullos non erubuisse sese Nostro aspectui sine tonsura sistere.

Quapropter necesse duximus Venerabili Clero obligationem hanc, multis sat claris et frequenter repetitis ecclesiasticis praescriptionibus innixam, in memoriam revocare, ejusque observationem serio inculcare ni poenis in transgressores statutis obnoxii fieri velint.

Admodum Reverendis Decanis, qui alioquin in solitis relationibus fideliter referre tenentur, num singuli sacerdotes condecanales tonsuram et collare portent — stricte injungimus, ut invigilent quatenus omnes coronam patentem in capite, quoties opus fuerit, renovandam et decens collare continuo portent, transgressores vero Nobis indicent.

Nec excusationem, quam aliqui praesertim ruri degentes passim obtendere solent, se neminem habere, qui ipsis coronam adaptet, admittere possumus, — semper enim quispiam inter domesticos aut famulitium ecclesiasticum invenietur, qui servitium hocce praestare possit, non refert enim ut circulus in capite eleganter, artificiose et forma stricte geometrica confectus sit, dummodo patens sit et visibilis. Si bona voluntas non defuerit, nec possibilitas deerit.

Leopoli die 21. Octobris 1861.

Nr. 2843.

36. Cantica quaedam a Regimine prohibita.

C. R. Praesidium Regiminis Locumtenentialis edidit ad omnes Praepositos C. R. Instantiarum Circularium et Officiorum districtualium sequentem Ordinationem de die 12. Novembris 1861. Nr. 10797.

Bez podania drukarza i miejsca druku i bez tytułu pojawiła się z ośmiu kart in 12mo złożona książeczka, która na pierwszych dwu stronach modlitwę z napisem: „Modły narodu polskiego“, a potém wiele rządowi nieprzyjaźnych pieśni zawiera a mianowicie:

1) Pod napisem „Modlitwa“ zakazaną pieśń „Boże coś Polskę.“
2) Pieśń pod napisem „Pieśń do serca Jezusowego“, która wedle dołączonéj uwagi na melodią „z dymem pożarów“ ma być śpiewaną i od słów „Z téj naszéj nędzą ściśnionéj ziemi — W niebo się wznosi błagalny jęk“ się zaczyna.
3) Pod napisem „Modlitwa do N. Panny Maryi“ zakazaną pieśń Matko Chrystusa, najświętsza Marya.“
4) Pod napisem „Pieśń“ zakazaną pieśń „Boże Ojcze Twoje dzieci.“
5) Pod napisem „Modlitwa za Polskę“ pieśń, która się rozpoczyna od słów „Do Ciebie Panie wznosim nasze modły. — W drodze żywota znękani niezmiernie“ i wedle przytoczonéj uwagi śpiewaną być ma na melodią pieśni „Boże coś Polskę.“
6) „Pieśń do św. Stanisława“ na melodią „kiedy ranne wstają zorze“ zaczynająca się od słów „Święty wielki w cudy Pana — Synu prawy polskiéj ziemi, — Oto prożba krwią polana — Tych co winni być wolnemi.“
7) „Pieśń“ zaczynająca się od słów „Bądź pozdrowiona, Maryo przeczysta — Królowo Polski, Panno wiekuista.“

Ta książeczka i pojedyńcze w niéj znajdujące się pieśni ogłaszają się jako zakazane, a Wielebnemu Ks. Rządzcy podaje się to dla zastósowania do wiadomości z tém nadmienieniem, iż przeciw rozszerzającym tę książeczkę jako téż owych pojedyńczych pieśni karnosądowe postępowanie nastąpi.

De quo Venerabilis Clerus pro notitia et directione informatur.

Leopoli die 16. Novembris 1861.

Nr. 83 ord.

37. Abusus quidam circa devotiones reprobantur.

Jam sub die 16· Martii a. c. Nr. 14 ord. monuimus Venerabilem Clerum, ut devotiones quaspiam, speciem manifestationum politicarum praeseferentes, in Ecclesiis suis non admittat, atque cantica neque ab Ordinariatu approbata, neque diuturno usu sancita, decantari patiatur.

Monitum tamen Nostrum parum profecisse, imo devotiones ejusmodi magis potius increbuisse, e continuis ad Nos perlatis querellis C. R. Regiminis rescivimus. Plurimus in locis recentiori tempore processiones antea insolitae, solemnes plantationes Crucum politicis quibusdam insigniis aut inscriptionibus ornatarum, cum magno hominum concursu celebrabantur, — cantica aliqua nova, dubiae pietatis, politici potius quam religiosi argumenti, imo talia quae a Nobis expresse qua ad usum ecclesiasticum inadmissibilia declarata fuerunt — decantari consueverunt — nonnulli autem de Clero non solum penitus passivo sese gerendi modo talia fieri permittebant, sed etiam quandoque per abusum sacri sermonis, aut sacrarum Ecclesiae ceremoniarum demonstrationibus ejusmodi active cooperabantur.

Non ignoramus quidem, quam ardua ac difficilis sit hocce tempore Venerabilis Cleri conditio, probe scimus magnam animorum commotionem fluctus suos usque ad Sanctuarii parietes despumare, novimus denique ingentem vim pressionis, per folia publica, quae sese opinionis publicae interpretes appellare amant, in Venerabilem Clerum exercitae. Sed in hacce rerum vicissitudine Clerum auctoritatis sibi a Christo, ejusque Ecclesia collatae semper conscium manere, omnibusque quantumvis blande sonantibus insinuationibus, cum sacro ejus Ministerio incompatibilibus constanter resistere debere, quisque saniora sapiens, atque officiorum suorum memor, indubie perspicit.

Pro muneris Nostri officio, denuo Vos, Confratres Charissimi alloquimur cohortantes, ut fideles Sanctitatis Domus Dei custodes existatis; Christi ministerium suscepistis, non famulatum genii saeculi; fideles curae Vestrae commissos, ad salutis pascua ducere, viam salutis ipsis demonstrare Vos oportet, non vero gradiri semitis in quae grex aberraverit; Certamen suscepistis fidei, non luctarum politicarum, quae agitant mundum. Curam salutis fidelium demandatam habetis, non terrenarum rerum sollicitudinem. Alto in loco positi estis, procellae mundi attingere vos non possunt, nisi ipsi ad infima descendatis. Illos, qui contra Ministerii sui Sanctitatem, obedientiamque Nobis debitam deliquisse, convicti fuerint, ad districtam rationem vocare, urget Nos Pastoralis Nostri debitum officii. Sed etiam quaspiam cogimur Vobis in memoriam revocare ecclesiasticas praescriptiones, contra quas recentiori tempore nonnullos egisse observavimus.

I. Verbi Dei praecones monet S. Tridentina Synodus (Sess. V. Cap. II. de reform.) ut „plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis docendo, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia, quae eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere, et coelestem gloriam consequi valeant.“ — Iubet porro eadem S. Synodus (Sess. XXV.) ut „quae ad aedificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla sit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur.“— Suggestus ergo sacer, unice verbo Dei praedicando, salutis aeternae doctrinae annunciandae, illis, quae ad pietatem augendam, populique aedificationem conferunt, explanandis, unice et exclusive dicatus est.

De Praedicatore ait S. Hieronymus (Can. Siquis vult, dist. 36.) „illa doceat, quae a Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quae Spiritus Sanctus docet“ — Proprias itaque opiniones, mundana placita, passiones luctarum, materias profanas sive politicas sive alio quocumque nomine venientes ex ambone proponere, grave foret delictum. Monemus proinde praedicatores ut ab immiscendis materiis politicis, et allusionibus, quantumvis religionis pallio obtectis, penitus abstineant, sed unice verbo salutis annunciando occupentur; hoc loco autem congruum putamus, revocare vobis in memoriam illa quae piissimae memoriae Antecessor Noster Archiepiscopus Venceslaus Sierakowski in suis litteris pastoralibus de die 15. Maji 1761. Cap. III., (synodi Dioecesanae ex anno 1765. insertis) monuit: „Tenebuntur itaque omnes docere sanam doctrinam juxta unanimem sensum Ecclesiae, et unanimem sensum SS. Patrum, explicando verba Evangelii, vitam, passionem et mortem Salvatoris nostri Jesu Christi, Sanctorum exempla proponendo, ut Fideles a terrenarum rerum cupiditate abstrahantur. Suadere ut fideles praeceptis Divinis ac Ecclesiasticis obedientes, *non auditores tantum, sed factores legis efficiantur:* Monere, ut sancte et religiose, ab omnibus eadem Divina et Ecclesiae praecepta observentur; semper et ubique a scurrilibus et profanis, ac fabulosis Poëtarum Commentis, nec non curiosis, quae ad aedificationem non faciunt, et quae ad Cachinos movent, volumus eos omnino abstinere.“

II. Praeter ordinarias et consuetas processiones, nullae aliae sine Nostra expressa licentia fieri possunt. Ad Episcopum enim privative pertinet jus in sua Dioecesi publicas processiones indicere, et ad illas per edictum publicum populum convocare. Imo potest Episcopus ex causa prohibere, ne fiant aliquae Processiones ex devotione Populi, et Confraternitatum introductae, si fuerit repertum expedire, ut prohibeantur. Ita diserte statuunt pleraque Decreta Sacrae Congregationis rituum in specie vero de die 14. Januarii 1617. Coll. Gardell. Nr. 528. — 2. Augusti 1631. Nr. 933. 14. Maji 1672. Nr. 2585. et 22. Nov. 1681. Nr. 2970. Hoc proinde jure utentes expresse vetamus ne ullae extraordinariae vel insolitae processiones instituantur nisi prius a Nobis licentia specialis fuerit impetrata.

III. Rituale Romanum *de benedictionibus* praescribit: „Noverit sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum et quae ad Episcopum suo jure pertineant, ne majoris dignitatis munera temere, aut imperite umquam usurpet propria auctoritate.“ — Jam vero inter benedictiones Episcopis reservatas, ut ex Rituali Romano clare patet, recensetur etiam benedictio novae crucis. Licet enim Cruces etiam a simplici sacerdote sine solemnitate et private benedici possint (Decretum S. Rituum Congregationis de die 12. Julii 1704. Coll. Gardell. Nr. 3697.) nihilominus tamen solemnis benedictio Crucis quae fit publice, cum concursu populi, cum solennitate, cantu vel pluribus ministris, soli Episcopo reservata est (Vide Quarti de benedict. tit. 3. Sect. 14. dub. 1.) et nonnisi in virtute specialium facultatum a Sacra Sede Apostolica Nobis tributarum, simplicem sacerdotem ad talem solennem benedictionem Crucis delegare possumus. Inde patet illos sacerdotes, qui non praehabita a Nobis tali speciali delegatione crucos solonniter benedicere praesumserunt limites potestatis suae egressos esse. Id quidem non mala intentione, sed ex inadvertentia vel ignorantia factum fuisse, libenter credimus — nullo tamen modo probare possumus, insignia quaepiam politica aut inscriptiones non contradicente Clero crucibus imposita fuisse — neve id in posterum fiat, districte prohibemus.

IV. Recentiori tempore plura carmina nova composita, vel antiquiora cantica immutata sunt, quae nulla impetrata Ordinariatus approbatione in Ecclesiis, vel in processionibus, cantari passim coeperunt, imo canticum: „Z dymem pożarów“ a Nobis sub die 9. Decembris 1860. Nr. Ord. 12. diserte reprobatum, hinc inde decantatum fuisse rescivimus. Cogimur proinde iterate monere nonnisi ea cantanda esse, quae Ecclesia praescribit, vel saltem longaeva consuetudo rationabilis atque laudabilis, tacite vel expresse consentiente Ordinariatu probavit. (Vid. Cavall. tomo 4. dec. 171. et Gardellini in Instr. Clem. § 24. n. 20. et § 31. n. 17—20.) Illos autem de Clero nostro qui ipsimet talia cantica praecinere praesumerent, aut ab aliis praesortim a Confraternitatibus Ecclesiasticis, quibus decantatio eorum severe inhibetur, cani permitterent, condignae subjiciemus poenae.

Accedit quod Excelsum C. R. Regimen plura ejusmodi carmina argumenti politici, sub poena cantari inhibuit, cui inhibitioni omnes fideles subditi Suae Caesareae Majestatis, multo magis Sacerdotes morem gerere tenentur, quorum sanctum est officium ad obedientiam potestati civili, dummodo legi divinae vel ecclesiasticae nihil contrarium praescribat, praestandam sedulo adhortari.

Haec sunt, quae Vobis, Confratres Charissimi, in specie inculcare officii Nostri duximus. Ut tamen ea, promte exequamini, praeter obedientiam quam Antistiti vestro debetis, urgent etiam peculiares temporum praesentium circumstantiae, quas Vobis uberius explanare superfluum censemus. Ipsi optime nostis, longe maximam partem plebis, etiam illius, quae ritui latino adhaeret, ruricolas nempe, parum oblectari devotionibus, in quibus characterem politicum praedominari videt, atque in suscipiones pronum, facile Vobis abalienari posse, sed et C. R. Regimen, eorum quae hucdum fiebant pertaesum, severrima quaeque media ad reprimendas ejusmodi manifestationes arripere decrevit, unde funesti cum potestate civili et militari conflictus, aliaeque plurimae tristes sequelae inevitabiliter resultarent.

Obsecramus Vos proinde, ut promtam aurem voci Pastoris Vestri praebeatis, et ea qua par est alacritate monitis Nostris obsequium praestetis.

Franciscus Xaverius, Archiepiscopus m. p.
Ex Consistorio Metropolitano r. l.
Leopoli die 18. Novembris 1861.
Severinus Morawski m. p. Cancellarius.

DIECEZYA LUBELSKA.

Nr. 564.

Kopia. Lublin 13. Września 1861. r.

Biskup Diecezyi Lubelskiéj.

Nader ważna w czasach obecnych w kraju naszym agituje się kwestya oczynszowania, a następnie uwłaszczenia włościan; nie ulega wątpliwości, że usamowolnienie tylu tysięcy rodzin, z postępem czasu przyniesie jak najpomyślniejsze rezultaty tak pod względem moralności ludu, jako też pod względem bogactwa krajowego zwłaszcza, jeśli się skutecznie wpłynie na ukształcenie w kierunku moralnym zaniedbanéj dotąd téj najliczniejszéj klassy naszego narodu. — Sądzę, że wszyscy duchowni diecezyi Lubelskiéj, jak najmocniéj są przekonani o korzyściach, jakie z usamowolnienia włościan wyniknąć mogą, i że właśnie od duchowieństwa pod tym względem pochodziéby winna inicyatywa, lecz wiadomo, że tego rodzaju zmiana stósunków włościańskich w dobrach duchownych, jest alienacyą, któréj stósownie do przepisów prawa kanonicznego, a mianowicie bulli Pawła III. ambitiosa i Decretat. Gregor IX. lib. 3. lit. XIII. ac rebus non aliae-wandio cap. 5. bez upoważnienie Stolicy Apostolskiéj dokonywać nie wolno. — Uprzedzając obecne wypadki w roku 1851, wystósowałem w tym względzie przedstawienie do Stolicy, prosząc usilnie o upoważnienie duchowieństwa diecezyi Lubelskiéj do oczynszowania włościan w dobrach duchownych, w tym samym przedmiocie JWX. Arcybiskup Warszawski w roku zeszłym uczynił rekurs w imieniu wszystkich Biskupów Królestwa Polskiego do Ojca św., lecz rząd krajowy tak mego przedstawienia niniejszego, jak i rekursu JWX. Arcybiskupa przesłać do Rzymu wzbraniał się — mamy atoli nadzieję, że na usilne przedstawienia wszystkich rządów diecezyi do komissyi rządowéj wyznań religijnych i oświecenia publicznego uczynione, interes ten drogą właściwą do Rzymu przesłany zostanie, należy nam przeto ze sporządzeniem stałych układów o zamianę pańszczyzny wstrzymać się do decyzyi Stolicy Apostolskiéj, która spodziewać się należy, że będzie w téj chwili przychylną. — Aby jednak duchowieństwo w oczach rządu, tudzież ogułu narodu nieświadomego istotnych przyczyn, nie zdawało się kłaść tamy w oczynszowaniu swoich włościan, należy bezzwłocznie wystąpić do sporządzenia układu okupu pańszczyzny na zasadach ukazem najwyższym z dnia 4/16 Maja r. b. wskazanych z tém wszakże wyraźném zastrzeżeniem, że układ ten jest tymczasowy i niejako przygotowany do mającego w krótce nastąpić stałego oczynszowania, które wówczas przyjdzie do skutku, gdy potrzebne do tego upoważnienie Stolicy Apostolskiéj otrzymamy.— Niniejszą odezwę naszą WX. Dziekan duchownym tak świeckim jako zakonnym swego dekanatu jak najspieszniéj zakommunikuje.

(Podp.) X. B. Pienkowski, Biskup diecezyi Lubelskiéj. —

DIECEZYA MINSKA.

Nadesłano łaskawie Redakcyi z Mińska Litewskiego dwa listy pasterskie Jego Ekscelencyi Ks. Wojtkiewicza, Biskupa Mińskiego: nie mogąc w całości, choć jednym kęskiem dzielimy się z czytelnikami. W pierwszym JW. Ks. Biskup zaleca kapłanom, iżby gorliwie wzięli się do dzieła, a „gdy Ojciec narodu i starsi bracia, panowie, spólną chęcią i ofiarą byt włościan ulepszyć postanowili, i środki ku temu obmyślają, nie byłożby to hańbą dla duchownych, żebyśmy ze strony naszéj witając serdecznie ten ludzkości usiłek (?), stanowiący epokę w kraju naszym, nie przyłożyli się do całkowitego spełnienia tak pięknego zamiaru, starając się podnieść moralnie lud prosty, zaszczepiając w nim z pokorą chrześcijańską poczucie własnéj godności i chwalebne obyczaje. Lecz chcąc go tak podnieść, trzeba go wprzódy wydobyć z błocka, w którém on dziś przez ciemnotę i pijaństwo grzęźnie. Dać poznać i obrzydzić mu te więzy, które go dziś krępują i w gorszéj niż poddaństwo, w szynkowéj trzymają niewoli. Lękajmy się, bracia moi, ażeby tyle ofiar żydowskiéj, a nieraz niestety i chrześcijańskiéj nikczemnéj spekulacyi, nie stanęły kiedyś na sądzie bożym przeciwko nam, a nie oskarżały nas, żeśmy jak owi w przypowieści ewanielicznéj, kapłan i lewita, widząc na drodze odartych i zranionych, nie dając ratunku obojętnie minęli.“

W drugim liście pasterskim, zwróconym głównie do braci rolników i włościan, Jego Ekscelencya tenże Biskup, chce się z nimi pocieszyć z rozpoczętéj przemiany bytu, a udzieliwszy im potrzebne i na dobie ku temu przestrogi i upomnienia zachęca ich do pracy. „Pracujcież, bracia moi rolnicy! pracujcie, bo w pracy wola boża i szczęście wasze. Milszy sercu zarobek własnemi rękami i przemysłem poczciwie zdobyty: słodszy owoc z drzewa, które sam sadziłeś, sytniejszy chleb własnym potem zlany, niż ów kupny, w którym sporu nie ma. Nie darmoż Salomon posyła próżniaka do mrówki, aby się nauczył od niéj pracować; a my takiego moglibyśmy na naukę posłać do bliższéj nam pszczoły, która i dla siebie i dla drugich pracuje. Słodki miodek jéj zbioru razem poucza, jak słodka jest w owocu swym praca. Gdy tak mrówka i domownica wasza, pszczoła, przykładem swym zachęcają do tego, ażebyście pracowali, słuchajcie! kogut was raniutko budzi do roboty: jutrzenka was dobrym dniem wita, i prowadzi w pole: skowronek nieodstępny na roli wasz towarzysz, chwałę Boga wesoło wam przyśpiewuje: może się wznosząc ku niebu i modli za was. A ptastwo inne spieszy także ku wam i ze świeżo przeoranych bruzd wybiera robactwo, żeby posiewu nie toczyło. Słońce, jakby się ciesząc z tego, rozjaśnia swoje oblicze i dłużéj wtedy bawi się na niebie, żeby dać więcéj czasu do tak pilnéj roboty i ciepłem przygotować ziemię do przyszłego plonu, który z kolei zrasza to deszcz ożywny, to krzepiąca rosa. Z posiewem razem wschodzi i rośnie nadzieja wasza, która wam ochoty i sił dodaje. Wszystko to dzieje się za wolą i skinieniem bożém. Posłuszny téj woli i skinieniu Izydor święty rolnik niegdyś na ziemi jak i wy teraz, a dziś Patron wasz w niebie pracując i poząc się na roli, lecz razem żyjąc trzeźwo i bogobojnie, dopracował się królestwa niebieskiego, zkąd chwałą i przykładem swoim przyświeca. Owoż dla rolnika poczciwie pracującego, tu odkryty najdroższy skarb ziemi, droższy niż srebro i złoto, tam w górze otwarte dlań niebo. Cóż nad to silniéj może zachęcać do rolniczych trudów?“

Składki.

Na legat dla ś. p. X. Andrzeja Kidaszewskiego: 30) X. N. z Trzemeszna 2 Tal. z dorachowaniem dawniejszych składek ogółem 65 Tal.

Dla Katolików w Syryi: Ostatnia summa 100 Tal. 20 srg. Od Konferencyi Towarzystwa Św. Wincentego à Paulo z Paterka wiejskiego w Nakle 13 srg. — X. Chodkiewicz z Wielkiéj Łęki 1 Tal. — Razem 102 Tal. 3 srg.

Na Kościół w Paryżu: X. Chodkiewicz z Wielkiéj Łęki 1 Tal. Z dorachowaniem dawniejszych składek ogółem 81 Tal. 25 srg. 6 fen.

Dla Zakonów w Marchiach: X. Chodkiewicz z Wielkiéj Łęki 1 Tal. Z dorachowaniem dawniejszych składek ogółem 119 Tal. 10 srg.

Dalsze składki przyjmuje chętnie **Redakcya.**

Właściciel i wydawca odpowiedzialny X. Prusinowski. — Czcionkami Augustyna Schmaedickiego.